

pecunie consuevit dari Integraliter quarta pars ipsius decime archipresbitero et Capitulo supradictis. ad pondus generale; et predicti etiam Tarenis solvi consueverunt eisdem. de proventibus dictorum Iurium veteris. bucharie similiter ad generale pondus. et predicta cera consuevit emi singulis annis sive per dictos Magistros procuratores Camerarios et secretos, aut dohanerios et Cabellotos eisdem. ad melius forum quod petant Inveniri. de procuratoribus dohane predictae et assignari eidem Capitulo pro cereo supradicto et solvi pretium dictae cere venditoribus similiter ad generale pondus. Notarius. Iacobus. Bertonus Iuratus et Interrogatus super premissis omnibus dixit idem per omnia ut proximus. Notarius Thomasius de Flore *idem etc.* Item dominus Bartholomeus. bonellus *etc.* ipse fuit quinquies dohanerius et quinquies socius dohaneriorum. Baroli *etc.* Bonellus de dompna cita Idem *etc.* Petrus de Sire Riccardo. Iacobus de Niversa. Angelus. bastardus Iacobus de Lilla. Nicolectus de Gimunda *etc.* Palmerius de laurecta. Maraldicius de petro bruno. Bartholomeus de Sire Blasio. Mactiotta Fagilla. Sorrisus de comestabulo. Angelus de Berteramo. Bartholomeus de sire leonardo. Andreas de laurecta *etc.* Franciscus de amerucio. Iohannes de Iudice Gaudio. Loysius de comestabulo Nicolaus Catapanus. Matheus Musta. Ambrosius de Galiberto *etc.* Stephanus de Niversa. Hugo de lilla. stephanus de galiberto. Guillelmus de Galiano et Andreas lignolus *etc.* Unde ad futuram memoriam et tam Regie Curie certitudine quam dictorum dominorum secretorum cautelam presens publicum Instrumentum exinde factum est per manus mei predicti Iohannis publici Baroli notarii signo. meo solito. sigillo et subscriptione nostri predicti Iudicis et nostrorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. quod autem abrasum est in secunda linea ubi legitur nono ego predictus notarius Iohannes propria manu mea abrasi emendavi non vitiis set errore. (*Segue il segno*).